

II.

Dwa świadectwa

o zmuszaniu woźnych do zjadania pozwów.

Wiadomo powszechnie z „Pana Tadeusza“, że zdarzały się u nas wypadki zmuszania woźnych sądowych do zjadania przynoszonych pozwów. Niedawno Wł. Łoziński przytoczył w „Prawem i lewem“ kilka faktów tego rodzaju z ziem czerwono-ruskich. Niniejsze dwa wypadki, pochodzące z ksiąg grodzkich bieckich z r. 1580 i 1626 są więc tylko stwierdzeniem tego znanego już pierwotnego sposobu niweczenia czynności prawnej, sądzę jednakże, że zasługują na ogłoszenie, dlatego, że są stosunkowo wczesne, drugi zaś opowiada obszernie o wykonaniu tego barbarzyńskiego zwyczaju, który jest w ścisłym związku z odszczekiwaniem oszczerstw lub pozwów z pod stołu i ze zjadaniem wyroków, które były wspólną własnością ludów średniowiecznych.

I.

Biecz 15. czerwca 1580.

Consulum Iaslensium (protestatio).

„Ministerialis terrestris Regni generalis providus Valentinus Pieczek de Glynnik Teutonicali cum nobilibus Paulo Kączky et Stanisłao Lękorszky secum comparentibus coram officio et actis praesentibus Curiae Regalis Bieckensis in vim suae fidelis et officiosae relationis recognovit: quia feria tertia actum praesentem immediate antecedente (14. VI) mandatum Sacrae Regiae Maiestatis, titulo et sigillo eiusdem Regiae Maiestatis illesis munitum, ex parte famatorum proconsulis et consulum oppidi Jasło Sacrae Regiae Maiestatis super generosum Constantinum Corniacto, telloneorum terrarum Russiae praefectum, ratione constructionis pontis in fluvio Jasiel sub oppido Jasło emanatum, latius in suo tenore obloquens, in oppido Ropcizce in camera teloniali ibidem sita posuit atque in manus nobilis Joannis Zalesky, nottarij eiusdem Constantini telonialis, reddidit. Quod quidem mandatum idem Zalesky accipiens perlegit perlectoque arripiens eundem ministerialem illud ipsum mandatum eidem ministeriali post tunicam imposuit simulque cum ipso mandato a domo eiecit, volens eundem verberare minas addidit, si posthac eiusmodi mandatum poneret, ipsumque ministerialem coacturum ad devorandum illud; quod mandatum utique idem ministerialis ibidem in

camera teloniali reliquit in Ropczycze. Quod sic et non aliter fieri idem ministerialis recognovit et nobiles praexpressi id ipsum sua personali recognitione attestati sunt“. Castr. Biec. T. 22 str. 268.

II.

Biecz 19. sierpnia 1626.

Ad officium et acta praesentia capitanealia curiae regalis Biecen-
sis personaliter veniens providus Seraphinus Czayka de Odrzykoń
ministerialis regni generalis et nobilis Samuel Sikorski coram eodem
officio et actis graviter et querulose inhaerendo obductionibus vulne-
rum per se coram officio castrensi Sanocensi factis questi sunt et
deposuerunt in et coram generosum Stephanum Wieruski uti princi-
palem, Thomam Wyżycki, Jacobum Chomentowski, Joannem Pokuciński
ejusdem Wieruski famulos at complices seu comprincipales eius. Ideo,
quia dum idem ministerialis et nobilis Samuel Sikorski una cum alio
nobili Joanne Rakuski ex requisitione officiosa generosorum Nicolai,
Alexandri Joannis, Pauli et Georgii Skotnickich olim magnifici Joan-
nis Skotnicki de parva Skotniki castellani Polanecensis filiorum et
successorum legitimorum nec non magnificae Zophiae de Bobrek
eiusdem olim castellani Polanecensis consortis relictæ bonorum morte
eiusdem castellani Polanecensis derelictorum dominae reformatoriae et
advitalis tempore non ita pridem praeterito videlicet feria secunda post
festum visitationis beatissimæ Mariae virginis proxime praeterita (6.
lipca) ad bona Trzcinnica condescenderent ibidemque primum literas
amicabiles quatenus laboriosum Adamum Heret subditum de villa
Odrzykoń eorundem Skotnickich haereditarium sine strepitu juris be-
nevole extradat deportarent ac dehinc arestum officiosum juxta prae-
scriptum legum super ipso subdito imponerent munusque publicum et
officiosum peragerent, extunc ipse Wieruski congregata caterva
magna hominum licentiosorum alias *Lisowczyków* jure publico
bannitorum condicionis et status varii famulorumque suorum praefa-
torum et aliorum multorum hominum vagorum quo speciosius facti
innocentiam praetendere possit re ad peragendum commissa ad vici-
nia declinavit praefatos autem famulos suos cum aliis Lisovianis vo-
luntatis suae et mandati executores reliquit. Qui quidem famuli et
praefati homines licentiosi vagi et Lisoviani iussu, voluntate, mandato,
consensu eiusdem domini sui contemptis legibus publicis, quae per-
sonas omnes sed praecipue eas quae necessaria sunt iudicii et munus
officii ad processum justitiae tendentes exequuntur securitate publica
tuti esse voluerunt, ausi sunt uti violatores libertatis ac securitatis

publicae sprete superioritate sacrae Mtis. regiae sub cuius nomine et titulo omnia officia et munia publica peraguntur tum et contra praescriptum constitutionum regni contra eosdem homines licentiosos vagos et Lisovianos bonorum depopulatores laudatum et sancitum vi et violenter eosdem protestantes caterva praefata rusticorum, hominum licentiosorum, vagorum Lisovianorum ad id ordinatorum circumdatos arripere et comprehendere ac ipsos non modo verberibus caede, sed etiam ignominia contemptu abominabili tractare ictibus, obuchami alias bałtami et vulneribus gravissimis sauciantes literas epistola amicabili scriptas sale et aceto permixtas in cibum compulsivum eidem ministeriali violenter admovendo dehinc ipsum una cum nobilibus protestantes in carceribus usque ad occasum solis detinentes. Ac primum quidem eidem provido Seraphino Czayka de Odrzykoń ministeriali regni generali vulnera infrascripta videlicet in fistulam manus sinistrae vulnus sectum cruentum enorme, item in latus dextrum vulnus concussum lividum tumefactum intulerunt. Hisque non contenti literas, quas a praefata magnifica castellana Polanecensi praefato Wieruski reddidit, disruptis eisdem literis cum aqua et sale mixtis, eidem ministeriali devorare mandaverunt et omnino coegerunt. Dehinc nobili Samueli Sikorski itidem vulnera infracripta videlicet in cubitum manus sinistrae vulnus concussum lividum tumefactum, item in dorsum partis sinistrae itidem concussum, lividum, tumefactum, item in faciem partis sinistrae concussum, lividum, tumefactum, item in scapulam dextram itidem concussum, lividum, tumefactum tum et alia vulnera itidem concussa in diversa corporis membra quae idem Sikorski officio castrensi Sanocensi commonstravit intulerunt et inflixerunt, quorum etiam vulnerum cicatrices officium praesens vidit et debite conspexit. Nobilem autem Joannem Rakuski verberibus et ictibus divexatum itidem comprehensum in carceres coniecerunt ac ne eo nomine cum ipsis iure agatur scriptum et recognitionem per vim extorserunt: quorum quidem verbera minus notabilia per ipsum officio obduci nequibant. Quo suo facto cum in leges publicas et auctoritatem juris communis excesserunt poenasque legum statutas et constitutionibus irrogatas eo nomine demeritas contra se traxerunt. Ideo in foro competentis eo nomine se iure acturos obtulerunt hanc de praemissis protestationem petentes ad acta suscipi praesentia. Castr. Biecz. T. 172. p. 790—792.

Fr. Bujak.
